

67

VIRO
SPECTABILI, PRUDENTISSIMO atq; INTEGERRIMO
DOMINO
**GOTHOEREDO
BRAUERO,**

SPECT. IVDICII IN VETERI CIVITATE REGIA THORVNENSI
ASSESSORI DIGNISSIMO,

CVM
DEFICIENTIBVS CITRA OPINIONEM
VIRIBVS PLACIDA MORTE
DIE XIX. AVG. 1530.
SOPITVS, ANIMAM DEO COMMENDARET,
AC CORPVS
DIE XXII. AVGVST. EIVSD. ANNI
RITV CHRISTIANO CONTVMVLARETVR,
DEBITVM HONORIS MONVMENTVM
PONERE,
AC MOESTISSIMAM VIDVAM LIBEROSQVE AFFLICTOS
SOLATIO ERIGERE VOLEBANT,

RECTOR PROFESS. ac VISITAT.
GYM. THOR.



THORUNII,
Impressit JOANNES NICOLAI, NOB. SENATUS ET GYMNASII TYPOGR.

Sie war / betrübtes Haus / man bey dem
 Schluß erfreut /
 Den selbst des Himmels Schluß mit ange-
 nehmen Blicken
 Hat kräftig unterstützt. Als nur vor kur-
 zer Zeit
 Sich alle hocheufrent zur Hochzeit wolten
 schicken.

Wie aber machet Gott den allzuherben Schluß
 Und wil mit einemahl den Freuden Tag verstören /
 Da eures Hauses Haupt zum Grabe wandern muß.
 Und statt des Freudens sich ein Jammer Thon läßt hören.
 Es ist / ich leugn es nicht / o hochbetrübtes Haus
 Da Hochzeit Fackeln stehn / und Leichen Kerzen brennen /
 Dein Zustand freylich schwer / und siehet niedrig aus.
 Doch mustu auch hiebey des Höchsten Rath erkennen.
 Wie beyde / als du weist / vom Himmel angezündt /
 So wird derselbe auch vor beyde Hülffe senden /
 An Troste fehlt ihm nicht / womit er euch verbindt /
 Und zu der Liebes-Blut wird er den Seegen wenden.
 Du aber / Seeligster / wilt hier von meiner Pflicht
 Ein Grab und Ehren-Mahl in deinem Tode haben.
 Die Pflicht ist schon bereit. Doch aber kan ich nicht
 Wie du es wohl verdient / und die Gemüthes-Gaben
 Die deinen Ruhm vermehrt / in kurzen Reime ziehn.
 Dein steter Leitstern war die Frömmigkeit und Tugend /
 Drum sah man Glück und Heyl in deinen Wercken blühn /
 Dein Führer und dein Schutz war Gott in deiner Jugend
 Und dieser blieb hernach auch bey dir feste stehn /
 Nur Treu und Redligkeit war einzig dein Vergnügen /
 Betrug und Heuchel-Schein hiestu fürüber gehn /
 Und lieffest nur die Treu dein weises Hertz besiegen.
 Nun aber räumt dir Gott den Freuden-Himmel ein /
 Da du ihm längst vorher dein Hertz hast verschrieben.
 Dich tröst die Engel-Lust und unumschränkter Schein /
 Und kan in deiner Ruh dich keine Noht betrüben.
 Bey diesem Ruhm / den euch der Seelige verläßt /
 Wißt / Weinende / daß auch des Himmels-Seegen stehet.
 Was selbst der Himmel lobt / das bleibt und stehet fest.
 Und was aus diesem Kompt / auch niemahls untergehet.

Dem Seelig-verstorbenen als seinem werthgeschätzten
 Gönner zu Ehren / und der Hinterbliebenen
 hochbetrübten Frau Wittwen und sämmtl.
 Aenderwanden zu einigem Trost schrieb dieses

M. P. Jaenichius, R.

Perculit haud nuper me tantis imbribus auctum
 Cum tonitru fulgur: quanto terrore tremebam,
 Cum mihi narratur, Brauerum morte peremptum
 Ex oculis hominum penetrasse palatia caeli.
 Nonne Machaonia valuerunt pellere morbum
 Artes, qui pestis nequaquam nomine gaudet?
 Annon ventriculum potuit reparare malignum
 Anxia Doctorum solers & provida cura?
 Non est in Medicis semper releuetur ut aeger,
 Interdum doctis valuit plus artibus asper
 Morbus, cui tandem mors optima pharmaca praebet.
 Iusta DEI iusti non possunt iussa refigi,
 Quae post peccatum Paradisi protinus ore
 Protulit: O homo te nunquam mors deseret atra!
 Haec est lex anttqua, diu quae vixit in orbe,
 Et viver, donec cum caelo terra peribit,
 Cumque necis vitaeque DEUS sua munia praestat,
 Ac ex hoc mundo caelesti sede reponit
 Brauerum, cujus charissima munera nuper
 In luctu sensi: Cur vos defletis acerbe
 Eximium Socerum, Patrem, charumque Maritum?
 Bartholdi dilecte mihi, tua pectora credo
 Diffindi moerore gravi; cum namque studebam
 Carmine festivos gamico celebrare favores,
 Mutata crena lugubria carmina scribo.
 Est mente bona, CHRISTO committe futura,
 Ille tuam Sponsam Tecum servabit ab omni
 Damno, quin luctus moestos in gaudia vertet.
 Ast, Brauere, quibus sanem tua vulnera verbis?
 Unicus es Natus, fueras spes unica Patris.
 Non poteris melius duris succurrere rebus,
 Quam si subscribas caelo tua vota volenti,
 Ut Te praecedat Pater optimus atque colendus,
 Hujus calcato vestigia splendida promptus,
 Atque tuis studiis vigiles impendito curas,
 Quo Patriae lapsa sis olim firma columna:
 Quin Matrem venerare tuam, lectasque sorores,
 Cognatosque simul charo complectere amore.
 Mœstitia Viduam percussam roboret Ille,
 Qui Viduarum se Patronum saepe probavit.

His beatissimos Manes Spectab. Dn. Braueri, in
 solatium Superstitum, condecorare studebat

M. MARTINUS Böhm.

Quod volunt Fata, non tollunt vota.

Servat in humanis divina potentia rebus
Imperium, quicquid vult, faciendo bene,
Tam firmo superiorum stat sententia talo,
Vis ut eam mundi nulla movere queat,
Hinc hominum nequeunt illud prævertere vota,
Quod DEUS intendit pro lubituque facit,
Certè si quid amicorum pia vota valerent,
Brauerus morti haud succubisset adhuc.
Quisquis Eum novit, pro vita proque salute
Ejus sustinuit sollicitare Deum.
Non aliud Natus, Natæ, Conjuxque vovebant,
Quam vivo & sano Patre viroque frui.
Prævaluisse voluntatem tamen Omnipotentis
Cernimus erepto cive viroque bono.
Vivere qui dignus fuerat vel Nestoris annos,
Utilior quod Eo nullus in urbe fuit.
Afflictæ quoniam semper pro viribus urbi
Consilium prudens auxiliumque tulit.
Privatis etiam, quos paupertate gravari
Vidit, non renuit ferre libenter, opem.
Hinc publicus nec non privatus luctus ad urnam,
Sicut promeruit, conecomitur Eum.
Desolata domus, viduataque Conjuge Conjux,
Ploratus Sobolis, collacrimansque cohors
Sollicitant fletûs, & consentire dolori
Vel duros etiam ritè dolendo jubent.
Adversus superos tamen haud est justa querela,
Nulli quòd Fati carpere jura licet.
Ipse DEUS delectatur pietate dolentùm,
Gaudet eorum etiam, quos vocat, obsequio;
Attamen assiduis manes urgere sepultos
Fletibus, expressè pagina sacra vetat.
Quapropter modicum tam tristi in funere luctum
Quilibet ostendat, qui cupit esse pius,
Atque reformidat convitia dicere cælo
Immiti, & nimiùm corde dolere caver.

Hicce
benignam DEI voluntatem acerbè
lugentibus commendare voluit

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,

Prof. Pub.